

BULLA SS. D. NOSTRI CLEMENTIS XI.  
PAPÆ ROMANI.

Pro consequendis Indulgentijs, in Festo Sancti BASILIJ Magni

CLEMENS PAPA XI.  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

**N**iunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum thesauros dispensationi nostræ à Domino creditos fidelitè erogemus, cum id, ad augendam in Terris Sanctorum, in Cœlis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus, itaque dilecti Filij, moderni Procuratoris Generalis Ordinis S. Basilij Magni nomine, Nobis super hoc humilitè porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum, Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi; Omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacram Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesijs quorumcunque Monasteriorum dicti Ordinis, tam hætenus erectis; quàm in posterum quocumque erigendis, ac ubicunque Locorum existentibus, die festo eiusdem S. Basilij, à primis Vesperis, usque ad occasum Solis, diei huiusmodi, annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Mætris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint; plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, misericorditè in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique habeatur; quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xv. Iunii MDCCVI. Pontificatus Nostri anno sexto.

F. Oliuierius.

*Concordat cum Originali in Dom  
Policarpus Mubnerius ad  
Basiliæ Mm Auditor Illi M. Dubois  
MP*

1706. An. 5. Junij. Bulla  
Fermentis et pro  
vegetatione prudentis  
in Teste M. Parvity. Aug. 1.

Faci: 54. Nov: 1.

Plit 1. Nov: 6.

Stac. 1. Plit. 1.  
A. 20<sup>mo</sup>

1706 Jul. Junij 1528  
Bulla: Memoria et Regula  
ad Praesens August. August. August.  
Praesens: Memoria et Regula  
ad Praesens: Memoria et Regula  
ad Praesens: Memoria et Regula

1706. A. 15. Junij. Bulla  
Clementis 11. procon-  
sequendis Indulgentijs  
in Feste S. Basilij. Brazai.

Bulla A. M. S. R. R.  
mentis XI pro con-  
sequendis Indulgentijs  
in Feste S. Basilij.  
A. M. S. R. R. ab om-  
nibus Christianis Fide-  
libus

Favite: 86. no. 1



Texto.



o lextio.